Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31290
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



aggregata centenarius decanus Cui decano o diaconus et ita his duobus videlicet decano et presbitero computatur congregacio duodecim fratrum Et si plures quam xxx sunt vel xxxvi aut ultra maior congregacio est Si vero infra xxx numerus fuerit minor congregacio dicitur attende cui dicit Si maior congregacio fuerit Nec dicit psalmo quod si minor congregacio antiquitus dicat ingredi Et ideo quia minor congregacio magis laborat in psallendo quam maior maior enim magis adiuvatur Sed dicit ideo Si uno minor induxerit psallere ne minus laboret eos opprimet in psallendo bene autem facient si cum antiphona laboriose psallent Sed si indurexerit dare voluerit autem huius regule exaudiantur Vespertina vero simul ab quatuor psalmis cum antiphonis terminetur Synaxis greca vocabulum est et iuxta suam interpretacionem dicit adunacio vel conventus vnde cum dicit vespertina synaxis dicit congregacio vel adunacio in debet vespere fieri aut conventus debet terminare quatuor psalmos cum antiphonis Nec ita intelligas quod adunacio debeat in solis vesperis fieri sed debet fieri in omnibus horis

Post quos psalmos lectio tractanda est secundum vesperum ambrosianum vel sub Canticum de evangelio lectio una et oratio dominica et fiat missa Completorium autem trium psalmorum dicendum terminet qui psalmi directanei sunt antiphona dicendi sunt post quos vnumquisque cuiusdam horae lectio una vel sub hyrcelysen benedictiones et misse fiant

Post quos psalmos quod dicit benedicites intelligo illa benedicite